

agerentur, una cum prevocatis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audivi, ideoque presens publicum instrumentum manu alterius fideliter conscriptum exinde confeci, subscripsi et in hanc publicam formam redegi signoque, nomine et cognomine meis solitis et consuetis una cum appensione sigilli memorati domini officialis, iudicis et executoris signavi, rogatus et requisitus in 5 fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum.

159.

Johannes Westval exkommuniziert die Gebrüder Lorenz, Stephan und Peter Stock, Peter Thile, Mathias Schmidt und Valentin Schmidt nebst Helfershelfern, da sie der Citation nach Merseburg nicht Folge geleistet haben. **Merseburg, 1471 März 27.** 10

Hdschr.: Universitätsbibliothek Leipzig Cod. mscpt. No. 1092 fol. 360 sq.

Gedr.: Horn, nützliche Sammlung zu einer historischen Handbibliothek 403—409. — Zarncke, die deutschen Universitäten 215—220.

Ann.: Der Anfang dieses Schriftstückes: Johannes Westval — permiserunt stimmt wörtlich mit der vorhergehenden Urkunde überein. 15

Nuper per certas nostras litteras citatorias prefatos Laurentium Stoyck, Stephanum Stoyck, Petrum Stoyck fratres, Petrum Tile, Mathiam Smedt et Valentinum Smedt principales, eorumque complices, consilium dantes, auxilium vel favorem prestantes, quatenus in certo termino citationis competente peremptorio, tunc expresso et nunc elapso, sub penis, sententiis et censuris contra violatores et transgressores constitutionum earundem communiter promulgatis, coram nobis in ambitu ecclesie Merseburgensis comparerent, se excommunicationis mayoris et anathematis imperialis nec non infamie, privationis honoris, amissionis feudii, si quidem ab ecclesia obtinerent aliasque canonicas et imperiales et in constitutionibus felicis recordationis Karoli quarti et Friderici secundi Romanorum imperatorum, iuxta tenorem bulle pie recordationis Martini pape quinti sententias, censuras et penas contra tales promulgatas et contentas dampnabiliter incidisse, in scriptis per nos declarari declaratosque denunciari mandari videre et audire, vel saltem causam vel causas, rationabilem vel rationabiles, quare premissa minime fieri deberent, proponerent et allegarent cum certificatione, quod sive comparuerint sive non, quod ad aliquem actum preterquam in valvis ecclesie Merseburgensis citari non deberent, requisivimus et citavimus, requiri et citari fecimus diligenter. Adveniente vero termino citationis huiusmodi comparuit coram nobis in ambitu ecclesie Merseburgensis, nobis inibi ad iura reddendum et causas audiendum pro tribunali sedentibus, honorabilis dominus Balthasar Messirsmed, vicarius perpetuus ecclesie Merseburgensis, membrum diete universitatis studii Lypczensis, syndicus et procurator substitutus dictorum venerabilium dominorum magistrorum, doctorum et scolarium alme universitatis studii Lypczensis, prout de ipsius substitutionis mandato aput acta cause plenius constabat, nomine dictorum dominorum principalium dictas litteras citatorias debiteque ac legitime executas realiter et in scriptis exhibuit atque produxit, prefatorumque Laurentii Stoyck, Stephany Stoyck, Petri